

4712.

1351 April 20.

Lars i Ljusfall säljer jordegendomar i Östergötland till riddaren Rörrik Bonde.

Registr. Eccles. Linc., fol. 105.

Omnibus presens scriptum cernentibus ego Laurencius de Lyusæfallum salutem in Domino sempiternam. Recognosco per presentes me viro prouido domino Rørekino militi dimidietatem curie, in qua matrona bone memorie Margareta habitabat, dictam Bredægaard, cum omni possessione, quam post obitum Danielis Ragnwalsson et Margarete ipsius legaliter per hereditatem teneor subleuare, in agris, in quibus ad Lincopiam seminatum fuerat, pariter et superiori curia et inferiori curia infra Waarhellæ et extra Waardhellæ, in siccis et aquosis, procul ac presens, pro v<sup>no</sup> centum marcis simul et heredibus suis iuretenus vendicasse, quam pecuniam secundum nostra placita et statuta subleuaueram legaliter testimonio sub ueraci. Insuper si in hiis distancia contigerit, videlicet quod reuocatiue infestata hec hereditas a quibusdam fuerit, astringo me et heredos (o:-es) meos sibi et heredibus suis satisfaccionem pecunie plenarie paratturum, ut inferius est prescriptum. In cuius rei euidenciam firmiorem sigillum ciuitatis Lincopensis vna cum sigillis virorum discretorum, videlicet prefecti Lincopensis Nicholai de Stangh, Tydemanni Lapsæ et Anundi Margarete, et cum proprio dux (o:duxi) presentibus apponendum. Datum anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>l primo feria quarta pasche dictis sub sigillis.

Öfverst på bladet: Littere super bonis cantorie.

4713.

1351 April 21.

Magnus Frøstensson säljer egendomar i Östergötland till riddaren Rörrik Bonde.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus ego Magnus Frøstensson salutem in omnium Redemptore. Nouerint vniuersi me viro prouido domino Rørichino Bondæ, regis Swecie militi, dimidietatem curie, in qua matrona bone memorie habitat (!) Margareta, videlicet Bredhægardh, cum omnibus prediis meis, que post obitum Danielis Ragnwalsson et ipsius Margarete legaliter per hereditatem teneor subleuare, in agris, in quibus semina pertinent et seminata fuerant ad Lyncopiam, pariter ad Nydhræ curiam et Vphræ infra Waardhhellæ et extra Wardhhellæ in siccis et aquosis, procul aut presens, pro quinquies centum marchis pariter et heredibus suis verariciter(!) dimisisse, quam pecuniam secundum nostra placita mutuo subleuaueram iuretenus testimonio sub ueraci. Insuper si talis distincio contigerit, videlicet quod ab aliquibus reuocata vel occupata fuerit, astringo me et heredes meos plenam satisfaccionem sibi et heredibus pecunie peragere, vt inferius est prescriptum. In cuius rei testimonium sigillum ciuitatis Lyncopensis vna cum sigillis virorum discretorum, videlicet Nicholai de Staangh, prefecti Lyncopensis, Tidimanni Lapsæ et Anundi, et